

## HISTORIA SAULIS 1 Reg. 8-16.

Historia haec non tam artificiose, quam Samuelis Historia, disposita est. Narrationis genus planum, quae suapte natura in duas dividitur partes, quarum prior cap. 8-12 Saulis ad regnum assumptionem, altera cap. 13-16 eius ab eodem reprobationem describit. Utraque complures complectitur eventus.

## PARS I. SAULIS AD REGNUM ASSUMPTIO 1 REG. 8-12.

1) Regni fundandi occasio 1 Reg. 8, 4-22.

**ARG.** — Illebraci ingruentium Ammonitarum terrore perculti, Dei fiduciae immemores atque explendorum promissorum impatiens, Samuelis tamen senium et filiorum avaritiam praetendentes, regem petunt. Quos Samuel lecto regis iure a proposito detergere frustra conatur; tandem in poenam admissi delicti regem promittere iubetur.

**Cap. VIII v. 1** «Factum est autem, cum senuisset Samuel, posuit filios suos iudices Israel». v. 2 «Fuitque nomen filii eius primogeniti Ieiel, et nomen secundi Abia, iudicium in Bersabee». 1 Par. 6, 28 nomen Abia exedit, unde sequens vox יְהוָה, «et secundus», a versionibus pro nomine proprio accepta est: «Vasseni». Tamen Syr. ib. integrum textum servavit. Bersabee, cf. 3, 20, in extremitate meridionali terrae

santae sita erat: facile intelligitur, Samuels seni iter in loca magis dissita gravius accidisse (*Sanct.*). Ex v. 3 licet fortasse coniicere, Samuel ad filios iudices constitudos fuisse inductum quaerelis seniorum, qui eum senio confectum sua muneri imparem esse praetenderent. Iam antea iterato iudicium filii patrum honorem participaverant Iud. 8, 22; 9, 2; 10, 4; 12, 9 et 14; sed res vix non semper successu caruerat, deterrebantque recens exemplum filiorum Heli, qui ad communionem patriae auctoritatis, etsi fortasse non praeceps ad indicis munia exercenda, tam infelicer fuerant admissi. Cur igitur exemplo non est deterritus Samuel? Respondet: aliud medium ad pacandas seniorum quaerelas non praesto erat, insuper filiorum institutio erat ad tempus tantum, norat enim (v. infra) sanctus senex, ipsum regnum aliquando per se fore instituendum. Neque dubium, cum filios longe severius admonuisse, quam admonuerat Heli. Quid ambo constituit in Bersabee, ratio fuit, vel quod plures ibi essent difficultates (*Clair*), vel quod ea regionis pars Samuels intimus adhaerenter, vel quod munimentum probitatis reputaret convicatum fratribus religiose educatorum. Ex v. 4 sq. elucet, patuisse recursum a filii ad parentem, v. 3 «Et non ambulaverunt filii illius in viis eius»; suas Samuel vias praedclare describit cap. 12; «sed declinaverunt post avaritiam, accepéruntque munera, et perverterunt iudicium».

*Hebr. deflexerunt iudicium.* Qui tropus plenus exprimitur Prov. 17, 23: «ut deflectant semitas iudicis». Iudicium, ut patet v. 11 sqq., non est ipsum ius, sed iuris pronuntiatio, quae utique, ut genima sit, cum ipso iure concordare debet. Omne iudicium praetendit esse iustum et via ad iustitiam seu ius. Qui iniquum profert iudicium, hanc viam deflectit, ut non iam dicat ad ius.

v. 4 «Congregatis ergo universi maiores natu Israel venerunt ad Samuelem in Ramatham». Solis senioribus Iuda et Simeon causa erat de filiorum rapinis conquerendi; simul tamen reliquorum quaerelae revixerunt, prophetam suo officio ob senium imparem esse. Fortasse sub his citiam quaerelis latebat reliquum tribuum contra tribum Iuda, e qua index esset oriundus, et tribum Beniamin, quae cum illa vix non omnes urbes principes finibus complectentur, aemulatio aliqua, ob earum tribuum indubiam tunc temporis praeminentiam. Iampridem, novo assidente iudice, consueverat simul eius domus et tribus principatum inter reliquum populum obtinere, quem non semper aequo animo reliqua tribus ferebant, omnium minime praepotens tribus Ephraim. Gedeoni, e tribu Manasse oriundo sed Ephraimitis affinitate iuncto (Iud. 8, 31), infensa fuit tribus Ephraim (8, 1). Cui successere Abimelech et Thola, ille ex matre, hic domicilio (10, 1) Ephraim. Contra Iephthe rursum rebellaverunt Ephraimitae (12, 1-6), ex quorum tribu, alius duobus interiectis,

fuit Abdon index (12, 13). Praeterea Silo oppidum erat in tribu Ephraim. Minime igitur mirum est, aemulationem quandam extitisse tribuum septentrionalium contra tribus meridionales seu, secundum loquendi usum s. scripturae familiarem, Israels contra Iudam ; quippe longe antiquior Davide et Roboamo fuit haec nationis divisio.

v. 3 « *Dixeruntque ei : Ecce tu senuisti, et filii tui non ambulant in viis tuis : constitue nobis regem, ut iudicet nos, sicut et universae habent nationes.* » Haec verba quasi verbotenus desumpta sunt ex Deut. 17, 14 sq. : « Cum ingressus fuerit terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, et possederis eam, habitaverisque in illa, et dixeris : *Constituam super me regem, sicut habent omnes per circuitum nationes* ; eum constitues, quem Dominus Deus tuus elegit ». Institutio regis, teste ipso Deo, futura erat exoptanda ad « possessionem » terrae sanctae in toto ponendam. Rex uniturus erat circa se totum robur nationis, ad repellendas gentes circumhabitantes. Iudices id nonnisi imperfecte praestiterant ; nam fere post singulos iudices res publica Iudeorum collapsa erat. Regia successione stabilita perduratur erat centrum politici roboris. Iudicibus quandoque nonnisi paucae tribus adhaeserant : rex sibi ure suo vindicaturus erat tribuum universarum obsequium. Neque tantopere timendum erat, ne tribus, ex qua sumeretur rex, alias tribus opprimeret : cum et regis utilitate futurum esset, omnes sibi tribus permanenter conciliare.

v. 6 « *Displicuit sermo in oculis Samuelis, eo quod dixissent : Da nobis regem, ut iudicet nos.* » Non hoc Samuels displicuit, quod cum exhaustum senio dixerint, aut filiorum nequitiam carpserint, aut ipsum filiosque ab imperio removere studuerint. Quin potius sentiebat ipse, quod Gedeon Iud. 8, 23 : « Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur vobis Dominus ». Quod Samuels displicebat, erat ipsa *regis petitio* (*Sanct.*). At haec non erat mala de se, erat enim petitio favoris a Deo praedicti et promissi ; neque ex verbis, quibus petebatur, erant enim ea fere verba Deut. 17, 14; ergo mala erat ex adjunctis quibusdam. Aliunde dubitari nequit, populum petendo regem grave admisisse peccatum. Quomodo secus dicere potuit Deus « *Abicerunt me* » (v. 7) ? aut Samuel eos v. 9 sqq. tam solemniter contestari ? aut tandem 12, 19 populus se reum peccati confiteri, quod mortem mereretur ? Agchatur ergo de peccato, quod grave erat, et cuius gravitas ab omnibus facili ope agnoscit potuisse.

Absurde hellenizat *los*, asserens Samuelem stomachatum esse « ob invisum sibi regium dominatum ; vehementer enim delectatum esse optimum regimine, quod ea reipublicae forma utentes veluti divinos faciat et beatos ». Norat Deut. 17, 14 Samuel. Neque si sicutem *Sacy* dicere, debuisse seniores filiorum Samueles mœvios

patientius ferre, aut certe nonnisi adhibita ad Deum oratione de universa regiminis ratione immutanda deliberare.

Eius peccati naturam penitus perspiciemus, si, quae fuerit occasio regis petendi, perpendamus. Quam non fuisse solum Samueles senium neque filiorum iniustias, 12, 12 edocemur ; ubi Samuel, post recensitum auxilium a Deo per Moysen variosque indices contra hostes populo suo praestitum, ita pergit : « Videntes autem, quod Naas, rex filiorum Ammon venisset adversum vos, dixistis mihi : Nequaquam, sed rex impetrabit nobis ; cum Dominus Deus vester regnaret in vobis, » i. e. rex vester sit. Et distinctius populi petitio explicatur 8, 19 sq. : « Nequaquam, rex enim erit super nos, et erimus nos quoque sicut omnes gentes, et iudicabit nos rex noster, et egredietur ante nos, et pugnabit bella nostra pro nobis ». Unde patet, regis institutionem fuisse postulatam, non tam desiderio efficacioris gubernationis, quam *fiduciæ aque in Deum defectu*. Cf. *Menoch*, (ad v. 30), *Calm.*, *Lap.*

Dominus fuerat et erat rex populi Israel, eum per politicas institutiones plus minusve perfectas firmiter semper atque secure gubernans. Ipse tot annis per Samuelem salutariter atque gloriose populum rexerat. Imminente iam rege Naas, seniores Samuelei dicunt « *Ecce tu senuisti* », non iam idoneus es populo ad certamen ducento ; quasi Samuel antehac in robre brachii sui salvasset Israel. Ita revera « abiiciunt » Samuelem, veram non ipsum solum, sed cum ipso Deum. Rursum, dicendo « *Et erimus nos quoque, sicut omnes gentes* » non solum exprimunt, suas hucusque institutiones politicas quadamtenus imperfectiores fuisse institutionibus aliarum gentium, sed protestantur, se simpliciter inferiores esse illis, cum tamen speciali divina electione et protectione longe efficacius illis defendantur.

Sed nondum ad plenam eius peccati atrocitatem pertigimus. Duo in Deut. Dominus, tamquam ad perfectum reipublicae Israëliticae statum pertinentia et inter se intime connexa, praedixerat atque promiserat : institutionem unici cuiusdam et permanentis centri universi cultus religiosi (tum alibi, tum Deut. 17, 8, 10), et institutionem unici et permanentis centri politici seu regni (ib. v. 14 sqq.). Haec duo Israel iudicium actate brevi a Domino ipso efficienda expectaverat ; haec, anticipatio divino instinctu, humana industria atque virtute efficienda suscepere, supremæ impietatis erat. Ita vel Gedeon senserat Iud. 8, 23. Tandem post longum silentium, ineunte aeo Samueli, voces propheticæ auditae sunt, promissionem brevi implendam esse annuntiantes. Celebrabatur in fine cantici Annae 2, 10 regni institutio ut immittens ; nec absurde supponimus, ipsum Samuelem mature gnarum fuisse, sibi

primum regem divino decreto ungendum reservari. Audita fuerat vox prophetae 2, 33, ruinam sacerdotii Ithamaridarum et sequentem alterius sacerdotii instauracionem cum regni institutione re et tempore coniungentis. Iamque Dominus ipse a verbis ad facta gressum fecerat, iam domus Heli humiliata iacebat, penitus adhuc 2, 18 prostermina. Iam domus Silo prostrata locum dederat alteri sanctuario consecrando. Iam faustioris aevi initium ex captivitate redux portendebat. Orabat Samuel, orabant veri Israelitae omnes, ut Dominus copta perficeret, tempus et personam faceret notam : cum ecce impunitia senilis prophetae imbecillitatis terrorque Ammonitarum irrumptum vertigine plebis mentes abripiuit, neque plebis tantum sed etiam seniorum, ut operi Dei temerarioris admoveverunt manus et, circa prophetam collecti, clamarent : « Constitue nobis regem ! » Peccatum istud fuit, peccatum grande.

*¶ Et oravit Samuel ad Dominum.* Samuel, veri nominis propheta, in omnibus (cf. v. 10. 21. 22) Dominum consultit, ita practice senioribus in memoriam revocans, quodnam esset fundamentum securitatis Israel. v. 7 « Dixit autem Dominus ad Samulem : Audi vocem populi in omnibus, quae loquuntur tibi ; non enim te abiecerunt, sed me, ne regnum super eos ». Si solum te repudiaverunt, iuste eos punires denegando petitia ; quia vero me repudiaverunt, severiori poena plectendi sunt, petitorum concessionē. *Calm.* : « Irratus Deus ea concedit, quae misertus negaret ». Hinc patet, regnum Saul fuisse concessum Hebraeis in poenam peccati, fuisse dispensationem irae, fuisse regnum antecedenter conditionate reprobatum, praevisa simul conditionis extipitione futura, non illud, quod Dominus in Deut. promiserat quodque in Davide impletum est.

v. 8 « Luxta omnia opera sua, quae fecerunt » — mihi supplet LXX, recte quod sensum — « a die, qua eduxi eos de Aegypto, usque ad diem hanc ; sicut dereliquerunt me et servierunt diis alienis, sic faciunt etiam tibi ». Ad consolandum prophetam Deus descendit. Solamen in eo est, ut sciat Samuel se Deum habere socium repudiationis ; dein ut sciat, quae nunc ipse patiatur, ea dudum passum esse Deum. Sicut me, inquit, a saeculis haberunt, sic habent te nunc. Quomodo autem fuerit habitus, explicat. Sicut me post tot tantaque mirabilia dereliquerunt, ita te post tot praeclares gesta derelinquisti ; sicut me repudiaverunt pro idolis inanibus, ita te repudiant pro rege mere humanae auctoritatis. v. 9 « Nunc ergo vocem eorum audi ». Post servum suum consolatum, Deus sententiam v. 7 prolatam repetit atque confirmat. Concedit tamen aliquod resipiscientiae spatum, iubens Samulem, ut *regis ius*, explicet et sic eos a postulando rege deterreat. « Verumtamen contestare eos, et praedic » (explica) « eis ius regis, qui regnaturus est super eos ». Hoc *ius regis* non

intelligitur, quale a natura et a revelatione definitur, nam quadam in sqq. certe iniustitiam sapient. Cf. *Beda*, *S. Thom.* I. 2<sup>nd</sup> q. 405 a. 1 et 2; de Regim. Princ. II. 9 et 12; III. 11. Exprimit igitur regiam gubernationem, qualis de facto in Hebreorum monarchia futura erat (*Clair*), ad instar gubernationis gentium. Quam proponi iubet Deus ad populum a rege postulando deterrendum, eratque ad eum finem tanto efficacior ex eius discrepantia a « iure Samuels » ipsius, quod ipse 12, 2 sq. tam pulchre describit. Quinimo, neque filiorum Samuels administratio tanta, quanta hoc *ius regis*, populo imponebat onera.

v. 10 « Dixit itaque Samuel omnia verba Domini ad populum, qui petierat a se regem », v. 11 « et ait : Hoc erit ius regis, qui imperatur est vobis ». Seniores in petendo regem eam secuti fuerant illusionem, inter novarum rerum studiosos non infrequentem, ut gratuito supponerent, constanter se nacturos esse *bones* reges. Samuel vicissim procedit ad describendas imperfectiones omnibus illius aevi regnis suapte natura communes. De facto reges iudicibus peiores fuerunt, cf. *Ecli.* 46, 13 sqq. et 49, 5 sq. ; a *S. Paulo* *Hebr.* 11, 32 sqq. fides celebratur iudicium et prophetarum, non regum.

« *Filios vestros tollet, et ponet in curribus suis, facietque sibi equites et praecursores quadrigarum suarum* ». Agitur de curru in pompis, non in proelii adhucendo, de lectis servis, non de militibus. Sequens membrum est de duabus militum. v. 12 « *Et constituet sibi tribunos et centuriones, et aratores agrorum suorum et mssores segetum, et fabros armorum et curriuum suorum* ». *Hebr.* : *Et (tollet eos) ad constituentes sibi duces super milie et duces super quinquaginta, et ad arandum arationem suam et ad metendam messem suam, et ad fabricandā vasa armaturae eius et vasa currus eius*. A nobilioribus ad humiliora officia descendit. Cum eo regis obsequio confer libertatem vel potius licentiam epochae iudicium *Iud.* 21, 24 : « In diebus illis non erat rex in Israel, sed unusquisque, quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat ». v. 13 « *Filiae quoque vestras faciet sibi unguentarias et focarias et panificas* ». Voces hebr. eandem omnes terminationem habent, quod *Vulg.* in duabus prioribus imitata est. *Focaria* est ancilla in culina serviens, *Hebr. coqua*. Filibus tribunatu officia ad cultum et nutritionem corporis spectantia. v. 14 « *Agros quoque vestros et vineas et olivetum tollet, et dabit servis suis* ». Beatum vitae otium 3 *Reg.* 4, 23 ita describitur : « Habitabatque Iuda et Israel absque timore ullo, unusquisque sub vite sua et sub fice sua ». v. 15 « *Sed et segetes vestras et vinearum redditus addecimabit, ut det* », sc. decimam, « *cunuchis et famulis suis* ». Notat *Calm.*, Deum iam *Lev.* 27, 30 sqq. decimas sibi reservasse, easque *Num.* 18, 21 levitis concessisse ; ergo haec decimae regiae future erant alterae,

praeter leviticas, decimae. Utrum de facto a regibus fuerint exactae, non liquet. Addecimatio de se satis gravis est civibus, gravior etiam, si non in necessarios usus, sed in gratificando aulicis expendatur. v. 16 « Servos etiam vestros et ancillas et iuvenes optimos et asinos auferet, et ponet in opere suo ». Optimos Chald. Syr. intellexerunt formosos; sed sensus est « robustos ». v. 17 « Greges quoque vestros addecimabit, vosque eritis ei servi ».

¶<sup>n</sup>, quoque, hoc versus restituendum ex *Vulg.* *LXX* *Syr.* Quae copula singulis versibus, simul cum verbis tollendi et decimandi et suffixo possessivo *vestros*, *vestras*, constanter repetita exprimit, sub regia administratione requisitionum et vectigalium non fore finem neque mensuram. Quibuscum conferas Samuelis integritatem 12, 2 sq. descriptam. Nota, quae v. 11-17 describuntur, non esse de se iniusta; regem servos sibi et etiam splendorem quendam vitae comparare, quis vituperet? ipso v. 14 non est sermo de agris vi nulloque persoluto pretio abripiendis. Tota nihilominus descriptio suggerit, facillime reges in rebus istis omnibus ad excessum et iniustitiam progressuros esse. Cum *keri* et *LXX* legunt v. 16 *Then.*, *Kel.*, *Wellh.* pro « iuvenes » « boves », ut boves et asini symmetrice opponantur servis et ancillis: at, etiam secundum lectionem receptam, pulcherrima in enumeratione est gradatio, v. 11-14 recensentur ea, quae res sibi integre ablaturentur sit: filii, filiae et optimi agri. Sequuntur ea, quae rex partim tantum sua faciet; decimabit segeles et greges; labores pro suo commodo requireret, primum servorum et ancillarum, deinde robustissimorum quorunque et filiis familiis, iis sc. qui non iam v. 11 sqq. ad obsequium perpetuum fuerint requisiiti, tandem ipsum lumentorum. Dices: quare greges decimandi (v. 17) non recensentur cum aliis decimis, sed interponuntur v. 16 angariae? Ne hoc quidem ratione caret. Hebreiis tun alendis gregibus imprimis studentibus nihil carius erat gregibus. Levius ferebatur liberorum avocatio, quibus regi famulari utique proderat; levius agrorum decimatio et angariae a familia exactae; gravissima erat gregum decimatio, et quasi «servilis» conditionis apex.

v. 18 « Et clamabitis » — *Hebr.* *Chald.* *Syr.* *ululabis* — « in die illa a facie regis vestri », auferentis et decimantis, « quem elegistis vobis: et non exaudiens vos Dominus in die illa, (quia petistis vobis regem) ». Ultima verba ex *LXX* post *Hier.* in *Vulg.* transiere (*Verc.*). Regia auctoritas tunc erit legitime constituta, vobis potentibus, Deo petitioni annente.

v. 19 « Noluit autem populus audire vocem Samuelis », quem fidem Dei prophetam 3, 20 et sapientem consiliarium tot annis erant experti, quem norant Deum in hoc negotio (v. 6) consuluisse, et verba Domini (v. 10) esse prolocutum, « sed dixerunt: Nequaquam » a petendo rege desistimus (*Vatab.*, *Malv.*); « rex enim erit super nos », v. 20. « et erimus nos quoque sicut omnes gentes », hucusque enim inferiores

eramus illis (cf. dicta ad v. 6); « et iudicabit nos rex noster, et egredietur ante nos, et pugnabit bella nostra pro nobis »; et ita, re militari efficacius instructa, hostium incursions tandem reprimentur. *Greg.*: « Magnae quidem temeritatis extitit, contra Dei voluntatem regem petere; magnae duritiae, consilii prophetae vinci non posse ». v. 21 « Et audivit Samuel omnia verba populi, et locutus est ea in auribus Domini ». v. 22 « Dicit autem Dominus ad Samuelem: Audi vocem eorum et constitue super eos regem. Et ait Samuel ad viros Israel: Vadat unusquisque in civitatem suam ». Recte *Ios.* complet sententiam: « Opportune autem vos accersam, quando a Deo didiceris, quem vobis regem designet ».

Ter Dominus pronuntiat: « Vocem eorum audi », et ita decretum eligendi Saulis confirmat. Verum haec operat, ut ante dictum est, fuit dispensatio irae, fuit poena infidelitatis et pusillanimitatis populo inflicta, quas culpas Deus in V. T. constanter assueverat severe punire. *Quare totum Saulis regnum, inde ab ipsa eius electione, sigillo insignitum erat reprobationis*. Ita *S. Aug.* (36. 600): « Saul enim rex non ad permanentum electus a Domino, sed secundum populi cor durum et malum datus ad eorum correctionem, non ad utilitatem ». Et *S. Cyprian.* (4. 395): « Cum Samuel sacerdos a Iudeorum populo ob senectutem contemeretur, exclamavit iratus Dominus et dixit: Non te spreverunt, sed me spreverunt. Et ut hoc uilesceretur, excitavit eis Saul regem, qui eos iniuriis gravibus affligeret, et per omnes contumelias et poenas superbium populum calcaret et premeret, ut contemptus sacerdos de superbo populo ultio divina vindicaretur ». Eam reprobationem ipsa regis ex Gabaa origo adumbrabat, qua civitate vix illa inter Hebreos foedior sceleris fuisse deserata (*Iud.* 20). Adumbrabat origo ex tribu Beniamin, cui, post sceptrum Indae promissum, regnum permanenter confiri nequaquam poterat. Seligebatur « lupus rapax » (*Gen.* 49, 27), qui gregem summi pastoris oblitum pasceret. Probatio quidem Saulem manebat 10, 8 praenuntiata; in qua cum defecisset, 13, 13 ei dixit Samuel: « Quodsi non fecisses, iam nunc preparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum ». Sed eam selegit Deus probationem, in qua defecturam eius virtutem, et quia defecturam praevidebat. Cave tamen, ne *regni* Saul reprobationem cum ipsis *Saul* aeterna reprobatione confundas, quam quidem insecurum esse aliqui curiosi affirmant. Toto coelo duo haec distant. Saulem gratia manebat. Neque ita certo constat, ut suo loco videbimus, Saulem 13, 9 graviter peccasse, divina quippe prohibito 10, 8 satis obscure exprimebatur; neque cum gravitatum peccasse, sequitur ex abudiante illi regno, cum Dominus etiam praeter hominis culpam sua possit revocare beneficia.

2) Saulis unctio 1 Reg. 9, 1-10, 16.

Arg. — Promiserat Deus regem in poenam praeceptionis constituen-

dum : virum iam ipse ad Samuelem duxit. 9, 1-13 describitur Saulis origo atque adeundi Samuels occasio. 9, 14-10, 8 narratur, quomodo propheta Saulem per quam honorifice exceptum, nullo adhibito teste, unixerit, ei tria quibus se vere regem a Deo constitutum esse plenius persiceret, signa praenuntiaverit, simulque futuram indicaverit fidelitatis probationem. 10, 9-16 signa impleta demonstrantur.

*Cap. IX v. 1* « *Et erat vir de Benjamin, nomine Cis, filius Abiel, filii Seror, filii Bechorath, filii Aphia, filii viri Iemini, fortis robore*. » Pater Cis 1 Par. 9, 33 vocatur « pater Gabaon », unde patet, eum fuisse in urbe Gabaon opulentum et quodammodo principem. Unica laus, quae tribuitur Cis, est *fortis robore* (*Vulg. Syr.*), *LXX δύρατος*, Expressio etiam (cf. Ruth 1, 2 et *Ges.*), sed non necessario, significat « *pollens opibus* » : cum 1 Par. 9, 36 sq. decem filii patris Cis recenseantur, licebit dubitare, singuline fuerint « *pollentes opibus* » ; tamen sensus expressionis h. l. certo definiti nequit. Seror, Bechorath, Aphia secus in s. scriptura non nominantur. *Filius viri Iemini*, i. e. Beniaminitae cuiusdam, cuius nomen ignoraretur : haud mirum, si post ingentem Beniaminitarum stragam Ind. 20 et 21 non iam singularorum genealogia perfecte sciretur.

*Et erat vir de Benjamin* — ita textus omnes. Tamen *Well.* censet, textum esse corruptum et prius scriptum fuisse « *vir de Gabaa* » vel simile quid. Rationibus immitius his : quod modo eiusdem viri Beniaminitica origo iterum effatur (*filius viri Iemini*) ; quod generatum soleantur s. auctores habitaculum indicare nobiliorum personarum ; quod Saulis domiciliu[m] eo magis indicandum fuerit, quod securi locum ignoramus, unde eius iter tam accurate descripsum in iunctu sumperit. *At voces filii viri Iemini*, i. e. Beniaminitas (cf. 2 Reg. 20, 1; Est. 2, 5), non adiunguntur, ut Saulis Beniaminitica origo secundo effatur, sed ut indicetur eum inter Beniaminitas fuisse ignobilis stirpis (cf. 9, 21), cuius non plus quam quinque membrorum nomina memoriae fuerint protuta. Deinde non semper (cf. Ind. 3, 15) s. textus domicilium virorum eximiorum indicat, potiisque illud h. l. tanto facilius supprimi, quod cunctis in viro tam famoso fuerit nolissimum, et brevi in s. textu nominandum.

Pater Cis 1 Par. 9, 35 dicitur *Iehuel* (*keithib*) vel *Iehiel* (*keri*), formae evidenter formae Abiel affines. 1 Reg. 4, 41 discimus, Cis habuisse fratrem Ner, cuius filius fuerit Abner ; Ner frater Cis, etiam recensetur 1 Par. 9, 36, et evidenter excidit ib. 8, 30, cum secus eius mentio v. 33 explicari non possit. 1 Par. 8, 33 et 9, 39 dicitur : « *Ner autem genuit Cis, et Cis genuit Saul* ». Una solutio est, ut duos Ner et duos Cis in genealogiam introducas, ita ut Iehiel vel Iehuel genererit Cis et Ner, qui Ner per Abiel genererit alterum par fratum, Cis et Ner. Sed cum in Par. 10. toties nomina propria sint alterata, planius cum *Bertheau* (Die Bücher der Chronik, Leipzig 1854) supponimus, primitivam 1 Par. 8, 33 ; 9, 39 lectioem hanc fuisse : « *Et Ner genuit Abner, et Cis genuit Saul* ». Alius solutionis meministi *Drus.* : « *Reperi in Vai-cre Rabba, fundamentale nomen fuisse Abiel, quem Ner cognominavit, eo quod succenderet lucernas in ingressibus caliginosis* ». En quomodo oriuntur traditiones rabbinciae ! —

v. 2 « *Et erat ei filius vocabulo Saul, electus et bonus ; et non erat*

*vir de filiis Israel melior illo : ab humero et sursum eminebat super omnem populum*. Nomen Saul nomini Samuelis affine. Sed nota differentiationem : Samuel « *imperatus a Deo* » appellatur 1, 20, Saul « *imperatus* », imperatus sc. populi impatientia. Non tamen sequitur, fuisse nomen impositum ab eventu, cum nomen Saul non fuerit infrequens, et specie tam primogenitis filiis convenientissimum. — Recte *Vulg. Syr. electus et bonus*, quod videtur esse εὐερετόν, et explicatur sequentibus, ut sit robur et proceritas seu, si melius placet, virilis pulchritudo. Perperam *Chald. iuvenis et pulcher* : nam Saul, qui iam tum haberet filium adulatum, non poterat dici iuvenis. Urget *Keil*, Saulem fuisse « *comparative* » iuvenem, comparatio sc. patris Cis : at hac ratione etiam Noe, cum quingenitorum esset annorum, iuvenis erat.

v. 3 « *Perierant autem asinae Cis, patris Saul* », — *Hebr.* habet articulum, ergo omnes asinae eius (*Then.*) ; non videtur tam multas numeropero habuisse — « *et dixit Cis ad Saul filium suum : Tolle tecum unum de pueris, et consurgens vade et quare asinas. Qui cum transissent per montem Ephraim* », v. 4 « *et per terram Salisa, et non invenissent, transierunt etiam per terram Salim, et non erant ; sed et per terram Iemini, et minime reppererunt* ». Saul certe proiectus est de Gabaa, quae postea vocata est Gabaa Saulis, 10, 26; 11, 4 sq.

Quae fuerint terra Salisa et Salim nescimus. Nomen habebant aut a possessore, aut a natura loci, aut ab alia aliqua re : temerarium est, ex similitudine cum quibusdam modernis nominibus quidquam concludere. — Terram Iemini iam *Chald. Syr.* intellexerunt terram tribus Beniamini, sine sufficienti ratione. Demus, « *terram Iemini* » reapse designare posse terram Beniamini, sicut « *vir Iemini* » virum Beniaminitam. Sed nam nomen Beniamini post patriarcham nemo habuit ? Certe nomina Iuda vel Iudas, Gad, Simeon, Levi, Joseph, Massases ab aliis quoque post patriarchas gesta sunt. Inter Simeonitas existat vir Iamini Gen. 46, 11, cuius progenies Num. 26, 12 Iemini vocantur. In tribu Iuda 1 Par. 2, 27 habetur Iamini, inter levitas 2 Esdr. 8, 7 Iamini. Praeterea « *terra Iemini* » potuit designare campum australem, vel praeter ceteris fertilem. Ergo nihil de situ horum locorum definiri potest.

v. 5 « *Cum autem venissent in terram Suph, dixit Saul ad puerum, qui erat cum eo : Veni et revertamur, ne forte dimiserit pater meus asinas, et sollicitus sit pro nobis* ». Terra Suph, in qua erat Rama, nomen videtur obtinuisse a Suph, Elcanea proavo, cf. 1, 1. — *Hebr.* : *ne forte desistat (mente) ab asinis*. Erat is ex v. 20 tertius ab amissis asinis dies, neque longe aberat ex v. 13 tempus coenae vespertinae. Quodsi ergo supponamus, Cis primo post amissas asinas mane Saulem misisse quae- situm, abfuerat hic iam domo amplius die eum dimidio. Poterat ea, quae supererat, dici parte, si recta via tenderet, domum repetere.

v. 6 « Qui ait ei : Ecce vir Dei est in civitate hac, vir nobilis ; omne, quod loquitur, sine ambiguitate venit. Nunc ergo eamus illuc, si forte indicet nobis de via nostra, propter quam venimus ». Vir Dei est in civitate hac idem sonat, quod « habitat », ut iam sensit Ios. vocans civitatem Ramatham ; puer a priori sciebat, ibi degere prophetam ; propheta ibi habebat domum ; civitas erat in terra Suph. Ceterum verba produnt, locum et prophetae personam et nomen Sauli fuisse ignota : secus puer dixisset : Ecce Samuel est in civitate hac. Cf. v. 18, ex quo patet, Saulum tum Samuolem prima vice vidisse. Ergo Rama et Gabaa erant satis longo intervallo separatae. — Nobilis seu honoratus dicitur Samuel propter dignitatem prophetiae (Syr.). v. 7 « Dixitque Saul ad puerum suum : Ecce ibimus. Quid feremus ad virum Dei ? Panis defecit in sistariis nostris, et sportulam non habemus, ut demus homini Dei, nec quidquam aliud ».

v. 6 אָשֶׁר־הַלְכָנוּ מִילָה recit Vulg. propter quam venimus, non « super quam ivimus, et adhuc imus » (de Wette, Then., Keil). Si propheta tantum de hac altera via responsum dedisset, significans v. 6. eam fuisse falsam, non esset satisfactum inquirentibus, qui viam asinorum nosse cupiebant. Cf. v. 8 « ut indicet nobis viam nostram » ; — v. 7 pro nec quidquam aliud habet Hebr. quid nobiscum, ubi supplendum est ?, ergo « quid habemus ? » Eam esse sensum patet ex responsu pueri, quod haberet, preferentes. Syr., sicut Vulg., interrogationem in affirmationem vertit : Nihil habemus. Minus exacte Chald. : Quid nobis faciendum ? — חֲדַת Chald. derivavit a ρῶν, ergo id quod rectum, debitum est : Syr. a ρῶν itinerarium (si tamen ea radix genuina sit), ergo viatuum ; Vulg. indeterminate sportulam, i. e. donum. Calm. : « Ex universo scriptura constat, nunquam adiri consuevit prophetas, quin ferrentur numeria in obsequiis et grati animi significacionem. Vetus Deus, ne quis se coram nomine vaenii manibus sisiteret ; idem ferme a subditis reges et principes exhibebant ; neque ho- di pariter ab eo more cessatum est apud Syros ; nemo enim amicus amicum sine munere invisi ; idque si quis negligat, ille inofficiosus habetur et inurbanus ». Cf. Num. 22, 7, 17 ; 3 Reg. 14, 1 sqq.

v. 8 « Rursum puer respondit Sauli et ait : Ecce inventa est in manu mea quarta pars stateris argenti ; demus homini Dei, ut indicet nobis viam nostram ». Quarta sicut pars fere aequat septuaginta octo centesimos. v. 9 « Olim in Israel sic loquebatur unusquisque vadens consulere Deum : Venite, et eamus ad videntem. Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns ». Hac nota duo affirmantur, principalius unum, accessoriuum alterum. Principalius est popularium familiaritas, in suis quisque privatis difficultatibus videntem facile adiutum, quod in posterioribus prophetis ita factum esse, non compremus. Secundario docemur, vocem videns eo, quo nota scribebatur tempore, iam fuisse obsoletam ; quae quidem vox v. 11 primum usuvenit, sed concinnitatis ergo, quae de eius usu traduntur, adiectuntur priori

et principaliori notae, quae omnino huius loci est. Quod ignorans Houb. putavit verbo post v. 11 esse transponenda.

Textus non affirmat, quod putabat Cler., vocabulum *propheta* Samuels tempore fuisse ignotum, sed solum vocabulum *videns* tum fuisse in uso, postea evasisse obsoletum. Usum vocis quod attinet, David 2 Reg. 15, 27, si tamen eius sermo de verbo ad verbum referatur, Sadocum *videntem* appellat. Samuel vocatur שְׁמַעְיָה 1 Par. 9, 22 ; 26, 28 ; 29, 29 ; שְׁנָא solum 2 Par. 35, 18. Hanani tempore Asae regis vocatur אַנְנֵי 2 Par. 16, 7, 10, חָנָן 19, 2, אַנְנֵי 3 Reg. 16, 7. Reliqui prophetae nominiis duas supremas appellationes nanciscuntur. Si ergo supponamus, auctores Reg. et Par. illos terminos ex regni fastis transsumpsisse, licet in inferno, vocem נִנְיָה non ita dum post Asam regem in desuetudinem abiisse. Nam Is. 30, 10 ; 32, 3 eadem vox adhibetur ideo, quod ex antiquitate saporem quendam poetum derivet. — Licet adverte, Saulum cum puro loqui de viro Dei (v. 6, 7, 8, 10), cum Ramathensibus (v. 11, 18) de *vidente*. Etiam propheta in Silo vaticinans 2, 27 vocabatur *vir Dei*. Ergo fortasse iam tum, qui prope Ramam dicebatur *videns*, apud tribus Beniamini et Ephraim idem dicebatur *vir Dei*. Quia dictiois discrepantia confirmatur, Ramam non fuisse sitam in tribu Beniamini aut Ephraim, sed in tribu Iuda.

Quis huius versus auctor sit, disputatur. Non utique Samuel, quo actante iam multum proiecto ea, quae narrantur, locum habuere ; nec ita verisimile est, eo quod superfluit, vitae eius tempore illum loquendi usum esse mutatum. Beda (91. 537) accedit sententiae quorundam, versum Esdras attribuentium, neque senioris facile originis potuit esse additamentum, quod in omnes omnino transiit versiones. Ex supra dictis auctor videtur fuisse Asa posterior. Potuit is esse unuslibet ex prophetis, in quorum scholis libri historici posteriores videntur fuisse asservati, quoad in canonem sunt recepti. Quae hypothesis ne inspirationi guidem versus officit, cum inspiratio non necessario debuerit restringi ad verba ipsius auctoris libri, sed potuerit extendi ad animadversiones alias a prophetis ante constitutum canonem adiectis. — Aliam explicationem tradunt Then., Wellh., Clair rati, versum esse glossam cuiusdam copistae, e margine manuscripti in textum translatam, tempore utique perantiquo, cum ea in versionibus omnibus legatur. Ubi advertas, critice constare aliquas eiusmodi glossas in versiones authenticas penetrasse ; ergo neque repugnare ; eiusmodi aliquas iam a. C. n. in textum hebr. irrepssisse. Non enim defendi potest, Deum magis providisse integratiti textus hebr. quam graeci aut versionum authenticarum, magisve a. C. n. quam aevio christiano.

v. 10 « Et dixit Saul ad puerum suum : Optimus sermo tuus ; veni, eamus. Et ierunt in civitatem, in qua erat vir Dei ». Tota narratio suggerit, civitatem et nomen viri Dei fuisse Sauli ignota : ergo civitas non erat Rama Beniamin, quae minus horae itinere a Gabaa Saulis aberat. v. 11 « Cumque ascenderent clivum civitatis, invenerunt puellas egredi-

*entes ad hauriendam aquam, et dixerunt eis: Num hic est videns?* Vox articulum habet, ergo sensus est: Num ille videns, qui hic habita-re consuevit, nunc ipsum adest in civitate? Fons in valle erat; mulierum, maxime puellarum, erat haurire aquam, cf. Gen. 24, 11 sqq.; Ex. 2, 16; Io. 4, 7. Gaudet hic spiritualiter *Sacry*, monialium Portus Regii moderato-r, quod detur Christianis quandoque occurrere animabus sanctis, illis pueris prefiguratis, quae aquam divinae benedictionis pro tota Dei civitate haustum. cant. v. 12 «Quae respondentes dixerunt illis: Hic est, ecce ante te, festina nunc: hodie enim venit in civitatem, quia sacrificium est hodie populi in excelso». Ps. Hier. : «Sacrificium in h. l. prandium intelligitur», i. e. epulum sacrificale, quo vescerantur convivae victima aliqua, non diu ante mactata. Ita etiam *Ios.* Neque enim v. 13, quod Samuels et populo praestandum supererat, mera «vescendi» voce exprimeretur, si ipsa mactatio, actio longe nobilior, nondum habuisset locum. Ex v. 23 sequitur, mactationem ante prophetas profec-tionem, ex qua modo reverterebat, esse factam: nam Sauli propheta propositus portionem lectissimam, ergo e victima excisam, neque certe carnis minus recentis, quam quae ceteris apponetur, v. 24 eadem portio dic-tur esse seposita, quo tempore populus «vocabatur»: una autem erat invitatio quam ad ipsum sacrificium, tum ad epulum sacrificale, cf. 16, 5, et haec ante sacrificium obtinuerat. Ergo hic de solo epulo sacrificiali est sermo.

Improbatur Wellh., puellas loqui numero singulari, cum duobus viris dicantur responderet. At, licet interrogatio et responsio duobus esset profutura, interro-gatio ex ore unius processerat, ideoque responsio etiam ad unum dirigiri potuit. — Sed quare *festinare* iubent puellae? Ut ante epulum Samuel convenientur, cf. v. 13. Ceterum ex narratione intellige, peregrinos semper fuisse invitatos, dum loci incolae non semper omnes invitabantur. — Urget Wellh., Samuem hic describi modo reducere ex longinquu itinere, sed ex v. 23 patere, eum paulo ante coquum quedam iussisse. Quam longinquum iter fuerit non indicatur; au-tore narrare nobis debuit minute, quidquid prophetam inter et coquum locum habuerit? tota difficultas evanescit, si supponatur Samuel non ex longinquu itinere, sed ex illis Naioth in urbem advenisse, de quibus cap. 19 dicitur. — בְּנֵי Vulg. *excelsum*, certissime collum seu montem significare patet ex Num. 22, 41 (cf. 23, 14, 27); 2 Reg. 4, 19, 23; Ier. 26, 18; Mich. 3, 12; Ez. 36, 2 (cf. to-tum caput). Qui vero loci si cum Num. 21, 28 varisque locis prophetarum conferantur, illico patet, בְּנֵי non usurpari nisi aut sermone poetico, aut de col-ibus sacris. Est nomen constans eorum collum, in quibus sacrificia siebant: cf. 3 Reg. 3, 4; 2 Par. 1, 3. Postiores reges constantes aut vituperant aut laudant, ob cultum *excelsorum* aut toleratum aut abolitum. Is cultus quorū fuerit licitus antiquitus, diximus in fine cap. 7. — Merito ex textu concludit *Clair*, in illo colle fuisse altare permanenter erectum, illud sc. quod Samuel

civitate sua Rama 7, 17 construxerat. Ergo ruit hypothesis Keil, eni fatetur in-terpretes fere omnes adversari, locum hunc, ubi primum convenerint Samuel et Saul, alium esse a Rama Samuels.

v. 13 «Ingredientes urbem statim invenietis eum, antequam ascendat excelsum ad vescendum. Neque enim comesurus est populus, donec ille veniat, quia ipse benedit hostiae, et deinceps comedunt, quia vocati sunt. Nunc ergo condescide, quia hodie», i. e. nunc ipsum (cf. Wellh. ad 4, 7), «reperiatis eum». v. 14 «Et ascenderunt in civitatem. Cumque illi ambularent in medio urbis, apparuit Samuel egredie-ns obviam eis, ut ascenderet in excelsum». Hic versantur in medio urbis, v. 18 adhuc sunt in medio portae. Unde *Houb.*, litera una textus hebr. mutata, v. 18 portae substituit urbem, dum *Then.*, Wellh. pro urbe h. l. scribunt portam. *Clair* putat, Saulen in media quidem urbe Samuelem conspexisse, dein reflexo itinere, nam Samuel *obviam* illi venerat, ad portam usque esse comitatam, ibique esse allocutum. Solutionem simplicissimam tradit *Calm.*, פָּרָה quandoque idem esse, quod 2, cf. 3 Reg. 6, 19; 2 Esdr. 4, 22 (16); Gen. 9, 21; 18, 24; Is. 6, 3; Mich. 3, 3. Ergo h. l. Saul generatim asseritur fuisse in urbe, v. 18 accurritus in porta urbis. Vertebat iam *Vatalb.* «intra urbem». — v. 15 «Dominus autem revelaverat auriculam Samuels ante unam diem, quam veniret Saul, dicens: » v. 16 «Hac ipsa hora, quae nunc est, eras mittam vi-rum ad te de terra Beniamini, et ungues eum ducem super populum meum Israel, et salvabit populum meum de manu Philistinorum, quia respxi populum meum». — LXX Chald. afflictionem populi mei — «venit enim clamor eorum ad me». v. 17 «Cumque aspergisset Samuel Saulem, Dominus dixit ei: Ecce vir, quem dixeram tibi, iste dominabit populo meo». Hi tres versus parenthesis quadam sunt. *Revelare auriculam* de locutione audiibili dicitur, cf. Ruth. 4, 4; hic utique de ea, que a solo Samuele audiri potuerit.

v. 18 «Accessit autem Saul ad Samuem in medio portae, et ait: Indica, oro, mihi, ubi est domus videns?». Ergo nunquam antea viderat Samuem Saul, quod fieri nequequam potuit, si Samuel constanter in Rama Beniamini habitasset. Aliunde verba v. 16 «virum de terra Beniamini» suggestur, Samuem tum non in terra Beniamini moratum esse. v. 19 «El respondit Samuel Sauli dicens: Ego sum videns: ascende ante me in excelsum, ut comedatis mecum hodie», tu et puer tuus, «et dimittam te mane; et omnia, quae sunt in corde tuo, indicabo tibi». Honoris causa eum, qui a Deo electus esset rex, praecedere iubet (*Then.*). Vox mane ad verbum *dimittam* pertinet, non necessario etiam ad verbum *indicabo*. Ergo primum solvendum promittitur dubium de

asinis, quod illio v. 20 solvit; dein dubium, quod brevi in animo Saulis debebat exsurgere, genuinane esset sua vocatio, quod dubium solvit variis 10, 2 sqq. praenuntiatis signis. Hic vero ponit generalem propheticas sue scientias assertione, ut Sauli reverentiam ingerat et fiduciam. v. 20 « *Et de asinis, quas nudiusterius perdidisti, ne sollicitus sis, qui inventae sunt.* » Assertionem illico confirmat argumento propheticae sue scientiae, ostendens se nosse, cuius negotii causa Saul advenierit. Simus sotip sollicitudinem omnem, ne, Saul apud ipsum morante, mali quidquam accidat asinis; magnamque sui pari existimationem, quo opus habet in re regni manifestanda Sauli. « *Et cuius erunt optima quaeque Israel? nonne tibi et omni domui patris tu?* » Quare sollicitudine de pauculis asinis angaris, cum non haec solum, sed *omnia desiderabilia Israel* (Hebr.) te expectent? Magis magisque compescit propheta sollicitudinem rerum minimarum, dirigens attentionem ad sublimiora. Intellexit utique Saul, sibi grande quiddam praesagiri; unde v. 21 « *Respondens autem Saul, ait: Namquid non filius Iemini ego sum, de minima tribu Israel? et cognatio mea novissima inter omnes familias de tribu Beniamin?* » Quare ergo locutus es mihi sermonem huiuscemodi? » Minima dicitur tribus Beniamin, quod non ita diu antecelade Ind. 20 sq. narrata fuerit vix non existita. Ex responso patet, Saulem omnino intellexisse agi de regno. Quæstiōnē non respondet Samuel, priorem assertiōnē mox in convivio factis confirmaturus, simul Sauli tribuens tempus ad animū ad res magnas parandum.

בְּכָנֹנוּ שָׁבֵן, verbothenus *ex parvis tribuum* (Chald.). Sed videtur נִמְמָה esse obsoleta quedam forma stat. constr. sing., ergo *de minima tribum* (Syr.); vel, cum ipsum נִמְמָה possit esse talis stat. const. (cf. Ind. 20, 12), talisque certissime sit, ubi secundo in nostro verso recurrit, retineri potest versio Vulg. *de minima tribu*.

v. 22 « *Assumens itaque Samuel Saulem et puerum eius, introduxit eos in triclinium, et dedit eis locum in capite eorum, qui fuerant invitati.* Erant enim quasi triginta viri. Triclinium et ipsum in « *excelsis* » sicutum erat, cf. v. 18, 19, 23. Sauli primus locus dabatur, certe non ideo tantum, quod hospes esset aliunde adventitus, sed simul ob eminentiam illi v. 20 praenuntiatam; item puer non ideo solum, quod hospes esset, sed quod potior ceteris esset ille, qui famularetur viro, cuius essent « *optima quaeque Israel* ». v. 23 « *Dixitque Samuel coqu: Da portionem, quam dedi tibi, et præcepi, ut reponeres seorsum apud te.* » V. 24 « *Levavit autem coquus armum, et posuit ante Saul.* »

Vulg. LXX *armum*, sed Hebr. Syr. *armum et id*, quod super eum erat, quod explicat Chald. *coxam et femur*, i. e. totum crū; mira tamen esset circumlocutio. Aliqui veteros, citati a Malv., « *armum cum eo, quod proxime illi adhaerebat* ». At utrum

id fuerit insculpum (*Maur.*?), an adeps (*Clair*), aut aliud quid; utrum armis fuerit dexter vel sinister, ex texto emungere non valimus, cum sacrificia excelsorum facta sint praeter legem mosiacam, ideoque fortasse cius legis rituali non subiaceerint. Nolumus silentio premere emendationem *Houb.* reapse obviam, licet nullo textu confirmatam, legenti לְלַחֶד pro חֲלִילָה, quo significatur pinguis cauda ovium, luculentum, ut initia norunt, edulum.

« *Dixitque Samuel: Ecce quod remansit, pone ante te et comedere, quia de industria* » — Hebr. Chald. Syr. habent *pro statuto tempore*, cf. v. 16, — « *servatum est tibi, quando populum vocavi. Et comedit Saul cum Samuele in die illa.* » — v. 23 « *Et descendenter de excelso in oppidum,* » ubi dominus erat prophetae, (*et locutus est cum Saul in solario,*) stravique *Saul in solario, et dormivit.* LXX legebant, et quidem recte: *וְיָשַׁבֵּן עַל גָּתָה וְוָבֹד לְאַרְלָה וְיָשַׁבֵּן* Saul in solario, et dormivit; Hebr. Chald. Syr.: *וְיָדַר בְּבָשָׂר כִּי תָּאַלְעֵל הַגְּזִינָה וְיָשַׁבֵּן* et locutus est cum Saul in solario, et mature surrecerunt. Sed quid locuti sunt? Quare surgendi fit mentio, cum eorum somnus taceatur? In Vulg. utramque lectionem commixtam habes, cf. Vere. — v. 26 « *Cumque mane surrexissem et iam elucesceret, vocavit Samuel Saulem in solario,* » — Hebr. in solarium, vocans sc. vocem dirigebat in solarium (*Houb.*) — « *dicens: Surge, et dimittam te,* » te abcedentem honoris gratia non-nihil comitabor, quem sensum verbum etiam habet Gen. 18, 16; 31, 27. « *Et surrexit Saul, egressus sunt ambo, ipse videlicet et Samuel.* » v. 27 « *Cumque descendenter in extrema parte civitatis, Samuel dixit ad Saul: Dic puer, ut antecedat nos et transcat; tu autem subsiste pavilisper, ut indicem tibi verbum Domini.* »

Cap. X v. 1 Tulit autem Samuel lenticulam olei, et effudit super caput eius, et deosculatus est cum, et ait: *Ecco unxit te Dominus super haereditatem suam in principem (et liberabis populum suum de manibus inimicorum eius, qui in circuitu eius sunt. Et hoc tibi signum, quia unxit te Deus in principem).* Altera versus pars tollenda videatur, quae in solis LXX habebatur, inde in Vulg. irrepsit. « *At quis dixerit, undenam illud additamentum hauserint græci?* » *Houb.* autumnam olim in hebr. codicibus exstisset; at multo nobis verisimilius videtur, ab ipsis græcis scriptoribus, ut alia huius generis non pauca, adiectum fuisse (Vere.). Genuinum contendit Then., debuisse Samuele clarius quid sui consilii esset, Sauli manifestare. Fecerit sane, at verbis a s. auctore non recitat; verbis enim, quæ uncinis inclusimus, vix quidquam Saul edocetur. Ceterum (cf. v. 6, 7) videtur Samuel Saulis instrucionem pro maiori parte divinae inspirationi permisisse.

Deosculantur aequales aut propinquū: rex iudicis aequalis aut superior, prophetae propinquus est. — *Haereditas* seu possessio Domini appellatur Israel

dubibus imprimis locis maxime solemnibus, in explicatione legis per Moysen facta Deut. 9, 20, 29, et in ultima eius oratione Deut. 38, 8 sq. Israel est haereditas et possessio Domini, quam prae ceteris gentibus omnibus sibi appropriavit, quam « custodivit quasi pupillam oculi sui »; nemo eius legitimus princeps esse potest, quem non ipse ad hoc magis minusve directe vocaverit. — De unctione regum disserunt *Abil.*, et post eum *Sanct.*, *Calm.* aliique. Apud gentes Palæstinae affines viguisse videtur mos unctionis regiae, ut coniicitur ex Hazaclis, regis Syrie, exemplo 3 Reg. 19, 13. Etiam Iud. 9, 8, quo tempore Israelites regibus adhuc earebant, describitur (*Hebr.*) regis institutio unctionis voce: « ferunt ligna, ut ungrent super se regem ». Ungebantur certe reges Iuda, uti loas 4 Reg. 11, 12. Joachaz 23, 30, etiam Absalom 2 Reg. 49, 10. E regibus Israel legitur unctus a propheta Iehu 3 Reg. 19, 16, plures alii a propheticis sane non sunt metiti, fortasse adulterium unctionem receperunt a sacerdotibus excelsorum. Unctio fiebat effusione olei in caput (h. l.), quod erat oleum sanctum (Ps. 88, 21), de tabernaculo petuum 3 Reg. 1, 30.

Ad sequentia *Sanet.*: « Expediebat maxime, ut Saul sibi persuaderet, unctionem illam non esse ab homine, sed divinam ibi quoque auctoritatem intercessisse. Atque ideo *signa* illi dat certa, quea nemo nisi illustratus a Domino nosse potuisset ». v. 2 « Cum abieris hodie a me, inveneris duos viros iuxta sepulcrum Rachel, in finibus Beniamini, in meridie ». Illud sepulcrum haud longe abest a Bethlehem, in finibus Beniamini, i. e. prope fines Beniamini, nam hunc quoque sensum praepositio *ad* habet, et locus Sauli describitur per illud, quod ipse præ ceteris norat, suæ tribus fines. — De sepulchro Rachel acriter disputabatur, sed iam interpretes magis magisque revertuntur ad locum prope Bethlehem, cui tota adstipulatur traditio. Gen. 35, 19: « Mortua est ergo Rachel, et sepulta est in via, quae dicit (a Bethel) Ephratham, haec est Bethlehem ». Cf. 48, 7, unde clarius patet, *prope* Bethlehem esse sepulcrum. Obicitur Ier. 31, 13: « Vox in excelso (LXX et Matth. 2, 18: in Rama) audita est lamentationis, luctus et fletus Rachel »; ergo, inquit, Rachel prope Ramam Beniamini sepulta erat. Sed Rachelis lamentatio non *è* sepulchro resonat, sed ex loco, in quo ipsa praesens adest posteris iamiam in exilium deducendis: cf. A. Scholz in Ieremiam, et P. Schanz in Matthaeum. Insuper vox hebr. cum *Vulg.* verti potest « in excelso », ut Rachel supponatur de colle quodam filiorum misericordiam contemplans, vel ut eius lamentationem intelligatur exaudiri a Deo in excelso montis Sion, cf. Ier. 31, 12. Certe, quod Matth. textum applicaverit caedi innocentium in Bethlehem factae, indicat intimorem aliquem inter Rachel et Bethlehemitas existitissime nexum, qui alias esse non potest a situ sepulchri. Multum quidem eos hoc sepulcrum incommodat, qui Ramam Samuelis tribui Beniamini adseribunt, quos infra expediemus. —

**תְּלִבָּה Chald.** *Syr.* nomen proprium interpretati sunt, sed mirum est sepulcrum Rachel describi per locum secus penitus ignotum Zelzach. Verius *Vulg.* LXX intellexerunt nomen appellativum; et LXX quidem videatur legisse pluralem, quid vero *Vulg.* legerit (*in meridie*), non liquet. Sed licet non valeamus lectiolem restituere, possumus tamen sensum satis accurata conjectura definire. Samuel, in singulis signis describendis, indicat non solum regionem, sed ipsum veluti punctum, quo sint eventura: « ad quercum Thabor », « ubi est statio Philistinorum ». Ergo h. l. simile quid expectare fas est, non nomen proprium alicuius urbis, sed singulare aliquod obiectum, arborem, rupem, vel huiuscemodi quid.

« Dicentque tibi: Inventae sunt asinae, ad quas ieras perquirendas; et intermissis pater tuus asinis sollicitus est pro vobis, et dicit: Quid faciam de filio meo? » i. e. quod filium meum, ad eum recuperandum. Hoc primum signum apitissimum erat, quod confirmaret Samuelis assertione 9, 20, asinas esse repertas, et consequenter ipsam prophetæ auctoritatem. v. 3 « Cumque abieris inde, et ultra transieris, et veneris ad quercum Thabor », — arborum, uti videtur, notissimam, secus aliqua loci descriptio adderetur — « invenient te ibi tres viri ascendentis ad Deum in Bethel, unus portans tres hocdos, et alius tres tortas panis, et alius portans lagena vini ». Ascendantebat sacrificii causa, quod patet ex iis, quas ferabant, oblationibus. v. 4 « Cumque te salutaverint, dabunt tibi duos panes, et accipies de manu eorum ». Hebr. Cumque inquisierint apud te de pace, formula salutandi usitata, cf. 16, 4 sq.; 3 Reg. 2, 13; 4 Reg. 9, 17 sqq. Siue rex participat unctionem, antehac sacerdotibus rebusque sacris reservataam, ita pars oblationum Deo dicandarum nunc illi creditur. Hoc alterum signum apitissimum erat, quod confirmaret Samuelis assertione, Saulem a Deo regem esse electum. v. 5 « Post haec venies in collum Dei, ubi est statio Philistinorum ». Collis hic Dei seu Gabaa Dei re videtur coincidere cum Gabaa, Saulis domicilio, quae postea vocabatur Gabaa Saulis (11, 4; 2 Reg. 21, 6; Is. 10, 29); nam ibi terminatur Saulis iter, ibi notissimus est omnibus v. 11. Nolim tamen cum Keil asserere, antiquis urbis nomen « Gabaa Dei » fuisse, postea mutatum in « Gabaa Saulis ». Sed « Gabaa Dei » seu « collis Dei » erat locus sacer, proxime extra Gabaa situs: excelsa enim videntur extra urbes fuisse sita (*Then.*), cf. 2 Reg. 21, 9. — Versiones pro *תְּלִבָּה* legebant *תְּלִבָּה*, sed varie verterunt. *Vulg.* statio seu praesidium, *Chald.* dux, *Syr.* aliiquid erectum, *LXX* ἡλίστηρας, *Arabs* column. Significatio praesidium nullo texu firmari potest, ad 3 Reg. 4, 19 et 2 Par. 8, 10 misere discordant versiones. Certe non intelligitur h. l. praesidium, locus enim describitur in latere seu ad radicem collis, atque in ipso civitatis

ingressu situs : at Philisthaei sans collocassent praesidium aut in vertice collis, aut intra urbem. 2 Reg. 8, 6 utique intelligitur *duo* seu praefectus, aliquis sc. qui est *constitutus*, et in cundem sensum facile cedit 3 Reg. 4, 19. Sed h. l., ut omnes praeter Chald. perspexere, describitur locus non ex persona aliqua, quae facile istine alio poterat secedere, sed ex re aliqua fixa permanenti. Adde, descriptionem hic loci adhiberi, non ut Saul doceatur, ubi sit Gabaa eiusque sanctuarium, sed ut ipsum quodammodo punctum discat, ubi sibi occursuri sint prophetae : tale punctum per *ducem* describi non poterat. Unde, sensum LXX Syr. Arab. scuti, qui ex Gen. 19, 26 certe stabilitur, vertendum censemus *cippus* seu *monumentum*. Sed quodnam hoc monumentum est ? *Then.* cogitat de monumento a Philisthaeis in testimonium victoriae aliquando erecto ; melius fortasse intelligitur monumentum funebre, cum *Fürst* ex Steph. Byz. affirmit, 232 apud Phoenices eum sensum habuisse.

« *Et cum ingressus fueris ibi urbem* », — *Hebr.* in ipso tuo in urbem ingressu ; videtur monumentum in ipso urbis aditu fuisse erectum — « *obvium habebis gregem prophetarum descendantium de celo, et ante eos psalterium et tympanum et tibiam et citharam, ipsosque prophetantes* ». Aliud praeferunt religiosum et politicum, templum et regnum (Deut. 17), Deus promiserat permanens institutum Deut. 18, 9 sqq. *prophetarum*, oppositum ariolis et divinis gentium. Huic quoque instituto plenius quam antea evolvendo a laboraverat Samuel inde Ieli morte, et quam praeclaro effectu ! In diebus Heli 3, 1 fuerat sermo propheticus rarus ; sed iamiam collegerat Samuel integras familias prophetarum, quae ipsum patrem et magistrum 19, 20 agnoscabant. Unam offendimus h. l. prope Gabaa, alteram ab illa sane diversam 19, 20 prope Raimam, ubi locum quendam Naioth, fortasse coenobii instar, 4 Reg. 6, 1 sq., incolebant. Prophetabant omnes et propheticum inspirationem etiam in aliis, qui adesserint, non prophetas transfundebant. Eorum propheta non est ad solum futurorum praesagium restringenda. — De vi musices ad disponendam animam ad recipiendum influxum divinum, vel declinandum sinistrum influxum, cf. 4 Reg. 3, 15 ; 1 Reg. 16, 23.

Excelsa videntur fuisse in pluribus locis, praeter quatuor 7, 16 sq. enumerata ; nisi forte de celo Maspha reduces intelligentiam h. prophetae. Ubi *Vulg.* *gregem*, LXX habet ζεπός, *Hebr.* *Syr.* *funes*, quo videntur homines processione quadam incidentes designari, dum πέτρας *fasciculus* 2 Reg. 2, 25 densam potius hominum turram indicat. De instrumentis musicis dicemus ad 2 Reg. 6, 5.

v. 6 « *Et insiliet in te spiritus Domini, et prophetabis cum eis, et mutaberis in virum alium* », ut patet, permansione spiritus insilientis.

Hoc tertio signo intimi fieri conscius Saul divinae sue in regnum electionis ; codem simul et unctio a Samuele collata absolvitur, eiusque significatio declaratur, ut significet communicationem divini spiritus, qui spiritus est sapientiae (cf. 3 Reg. 3), ad finem regii officii apte et digne implendi. v. 7 « *Quando ergo evenerint signa haec omnia tibi, fac quaeunque invenerit manus tua* », quaecunque « *judicaveris facienda* » (*Sa*), age proprio instictu ; quam eandem expressionem Vulg. Ind. 9, 33 vertit « *fac ei quod poteris* » ; *quia Dominus tecum est* » speciali assistentia tam in deliberando quam in agendo. « *Ex hisce signis intellige certissimo, te esse regem a Deo electum, et facultatem regiam adeptum cum ope Dei tibi assistente, ut possis perficere quae velis, quaecunque in regimine agenda tibi occurrent. Regaliter ergo age et pugna intrepide pro populo Dei et tuo* » (*Lap.*).

v. 8 « *Et descendes ante me in Galgala, ego quippe descendam ad te, ut offeras oblationem, et immoles victimas pacificas. Septem diebus expectabis, donec veniam ad te, et ostendam tibi quid facias* ». Verbum *et descendes* non est iungendum cum imperativo *fue*, quasi iubetur Saul descendere, sed cum futuro *et erit* (*Hebr.* v. 7) : *prae*ven*t*iat** siquidem Sauli fore, ut, dum facturus sit, quod invenerit manus eius, angusti pressus (cf. 13, 6 sq.) inducatur ad descendendum in Galgala, sine Samuele. Textum ita concipi posse, iam intellexit *Sanet.* : « *aut prae*dict*it aut monet* ». Hoc tempus tamquam omnino summi in regno Saul momenti effertur, quo sit eam regni administrandi institutionem a propheta accepturus, quae nondum nunc ei datur ; tempus probationis, quo de regno eius familiae perenniter conferendo 13, 13 decerneretur.

Hinc facile postea intellexit Saul, haec non esse dicta de descensu Galgalam 11, 13, quando innovatus regni causa eo cum Samuele perrexit : nulla enim tum fuit Samuelis expectandi occasio. Neque peccavit Saul, iter Galgala differens, quia non fuerat iussus eo ire, sed solum, si in quibusdam adjunctis eo veniret, quasdam conditiones implere. — *Keil* ita construit : « *Si descendis in Galgala etc, septem diebus expectabis* » ; constructio possibilis, sed durior, quaque fere recidit in alteram *Seb. Schmid* : « *Quoties descendes in Galgala etc* », seu quorundam veterum putantum, Sauli hic generaliter mandari, ut in difficultatibus quibusvis Galgala descendere. — Intelligitur autem Galgala eadem, ubi iudicabat Samuel 7, 16, ubi innovatur regnum 11, 13, locus, ad quem « *descenditur* » de Rama vel Gabaa 10, 8 et de Machmas 13, 12, a quo « *ascenditur* » in Gabaa 13, 15. Hic locus non est Dijdijlia in monte Ephraim prope Bethel sita, sed Galgala inter Ierichonitem et Iordanem.

v. 9 « *Itaque, cum avertisset humerum suum, ut abiret a Samuele, immutavit ei Deus cor aliud, et venerunt omnia signa haec in die illa* ».

Totus effectus secutus unica sententia exprimitur. Idem est *cor aliud*, quod v. 6 *vir alius*. Sola tertii signi impletio accuratius describitur, quia illo signo Saul publice conspicuus factus est, simulque altioris pruden-  
tiae documentum edidit, acta premens silentio (*Clair*). v. 10 « *Vene-  
runtque ad praedictum collem, et ecce cuneus prophetarum omnium ei, et  
insiluit super eum spiritus Domini, et prophetavit in medio eorum* ». v. 11 « *Videntes autem omnes, qui noverant eum heri et nudiustertius,  
quod esset cum propheta et prophetaret, dixerunt ad invicem: Quaenam  
res accidit filio Cis? Num et Saul inter prophetas?* » Verba aliquid de-  
decoris habere, v. 12 docet; sed queritur, in cuius dedecus vergant.  
Prophetarum, inquit Wellh.; idem quippe sonant atque: Quomodo vir  
tam sensatus, Saul, eo devenit, ut isti prophetarum gregi iungeretur?  
Saulis, clamitat *Bunsen* (apud Wellh.); ut sensus sit fere hic: quomodo  
fieri potuit, ut vir tam stupidus, Saul, iniquae prophetarum familiae  
adscisceretur? Respondeas, carpi una Cis et Saul, ut ex. v. sq. patet.  
Stomachabantur sc., qui adstabant, Beniaminitae, unum e « cognatione  
novissima inter omnes cognationes tribus Beniamini » (9, 21) prophetiae  
charistame esse insignitum.

Ergo non est necesse, cum *Sanct.* conjectare, Cis fuisse « hominem rusticum, in-  
culturum et longe alienum ab omni ingenua atque urbana disciplina ». Quem vicissim  
Ios. sibi depingit « honesto loco natum cultisque moribus ».

v. 12 « *Responditque alius ad alterum, dicens: et quis pater eorum?* » *Hebr.* *Chald.* *Syr.* *Et respondit vir inde*, ergo sane inde i. e. ex  
Gabaa oriuntur; sed probabilior est lectio *LXX*, οὐδέ προ πατέρω, ergo *Et  
respondit aliquis vir ex ipsis*, i. e. de populo (cf. 14, 28). *LXX* *Syr.*  
dein inducunt hunc virum interrogantem *Et quis est pater eius*, sc.  
Saulis? quis est Cis, ut filius eius inter prophetas recipiatur? Quae inter-  
rogatio repetit, quod iam v. 11 dictum fuerat. Multo praeagnosti *Hebr.*  
*Vulg.* *Chald.* *Et quis est pater eorum*, sc. reliquorum prophetarum?  
Omnibus admirationem experimentibus, quod filius Cis inter prophetas  
versetur, unus de turba alta vocis interrogat: *Et quis est pater reliquo-  
rum prophetarum?* Num ipsi iure haereditatis prophetiae charisma nacti  
sunt, an gratis illud a Deo acceperunt? Et si ita, quid obest, quominus  
idem charisma filio etiam Cis tribuat? (*Mar.*, *Menoch.*, *Lap.*). Minus  
obvia est, tamen fere in idem recedit explanatio *Greg.*: pater prophetarum  
est Deus, « prophetae non ex carnali progenie, sed ex coelesti origine  
censebantur ». « *Propterea versum est in proverbium: Num et Saul  
inter prophetas?* » Ita sane dicebatur, quando quis insuetum prorsus  
vitae genus seu occupationem suscepit. His docemur, cur s. auctor,  
missis duabus prioribus signis, tertii signi adimplitionem pluribus nar-

ret. Volebat eius proverbi meminisse, quod vivens exstabat impletu signi  
monumentum; volet titulum inculcare elevationis Saul, gratuitam Dei  
electionem. Apposite hic *Greg.* in comparationem adducit Iudeorum  
admirationem, quando Saulus e persecutore in apostolum fuit mutatus  
Act. 9, 21.

v. 13 « *Cessavit autem propheta, et venit ad excelsum* ». Propheta-  
tas offendit v. 3 de excelsu « descendentes », ergo ab illis eum oportuit  
secedere, ut ipse excelsum orationis gratia concesceret; ubi ab illis dis-  
cessit, cessavit influxus propheticus. v. 14 « *Dixitque patruus Saul ad  
eum et ad puerum eius: Quo abiisti?* » Secundum haec videtur fuisse  
eo tempore aliquod festum in excelsu, ubi Saul patruum, i. e. *patris  
fratrem* (*Chald.*), et cognatos invenierit, qui curiositate acti interroga-  
tionibus indulserint. Potest tamen res etiam alter concipi, ut non de sin-  
gulari aliquo facto, quod in excelsu obtigerit, sed de responso iterum ite-  
rumque a Saule dato agatur.

וְנִי non solum significat patruum, sed cognator generatum, gallice: « un cou-  
sin, un compère ». Puto vocem hic adhiberi, quo sensu saepè adhibetur וְנִי :  
ut, quoties cognatorum aliquis eiusmodi questiones proferret, toties Saul idem  
prudens responsum daret. Suspicor cognati aliquem inter Saulis ad Samuelem iter et subsecutam inspirationem nexum; animadvertebant, Saulem mutata-  
tum esse « in virum alium »; fortasse post aliquot dies innotuit honor a Samuele  
Sauli in convivio tributus. Unde vividissime excitata est curiositas cognatorum,  
idque tanto magis, quod illi essent ex « cognatione novissima » in Israel. —  
Considera Saulis h. 1. cum Salvatore similitudinem. Hic duodenisi in medio do-  
ctorum assurgit, notitiam attrahit, deinde se abscondit usque ad tempus suscipiendo  
publici magisterii: ille prophetis iungitur, admirationem generat, inde modeste  
dilectus, donec coram populo eligatur rex.

« *Qui responderunt: Quaerere asinas; quas cum non reperissemus,  
venimus ad Samuelem* » . v. 13 « *Et dixit ei patruus suus: Indica mihi,  
quid dixerit tibi Samuel* » . v. 16 « *Et ait Saul ad patruum suum:  
Indicavit nobis, quia inventae essent asinæ. De sermone autem regni  
non indicavit ei, quem locutus fuerat ei Samuel* » .

Verum, priusquam ad alia transeamus, solvenda tandem nos manet  
quaestio, cur *Raman* *Samuelis tribui Iudee attribuamus, non Beniamin.*  
Et primum quidem omnino excludendam censemus sententiā, a *Clair*  
nuperime resuscitatam, secundum quam Rama eadem fore esset, quae  
Diopolis vel Lydda audiebat. Haec sententia conditionem reipublicae  
hebraicæ aeo Samuelis penitus ignorat. Obtinebant tunc Philisthaei  
omnem planitiem, quae securi mare protendit, Iudeis in montana re-  
pulsis. Non potest iudici Israel sedes assignari ante ipsas portas urbis

mumitae Philisthaeorum, Accaron. Quodsi igitur revera Diospolis eadem sit, quae Arimathaea, ut vult *Euseb.*, dicendum potius erit aliam esse Arimathaeam a Rama Samuelis.

Iam contra Ramam Beniamin hae faciunt rationes.

1) Exigua inter Ramam Beniamini et Gabaa Saulis est distantia, et enim er-Ram et Tulel-el-Ful ne horae quidem itinere distant. Idem confirmat Ind. 49, 42 sq. : « Transito usque Gabaa et, cum illuc pervenero manebimus in ea, aut certe in urbe Rama ». Confirmat itinerarium Is. 10, 28 sqq. descriptum. Iam, uti vidimus, Saul nobis describitur omnino ignarus personae Samuelis, quem nunquam antea viderit, cf. 9, 48. Estne possibile, Saulem degentem in Gabaa, unde Rama oculis cerni poterat, nunquam tot annis eam urbem adiisse, nunquam vidisse propheta tam, ad quem undique Iudei confluebat?

2) Iter Saulis a Gabaa ad Samuelem non ita accurate assequi possumus, quod ille videatur esse progressus quasi in incertum, vagantes secutus asinas, et quod insuper terram Salisa, Salim et Iemini 9, 4 ignoramus. Sed aliud est de Saulis redditu. Recta, ut ex contextu corum patet, quae 9, 5 et 10, 2 de sollicitudine patris Cis dicuntur, Rama rediens Gabaa transit Saul prope sepulchrum Rachel, quod 10, 2 prope Bethlehem collocandum ostendimus. Ergo Rama, unde proiectus erat Saul, erat in tribu Iuda, longius etiam quam Bethlehem a finibus Beniamini remota.

Hinc etiam novissimum opus chartographicum : Map of Western Palestine by C. R. Conder and H. H. Kitchener, reduced from the one inch map, London 1881, in folio additio, Ramam Samuelis ei, quem nos defendimus. Ioco in tribu Iuda adscribit.

3) Saulis publica electio 1 Reg. 40, 17-27.

Arg. — Conventu populi a Samuele Maspham coacto sorte eligitur Saul, quem plures regem salutant, alii despiciunt.

v. 17 « Et convocabit Samuel populum ad Dominum in Maspha », locum utique convenientissime electum, ubi recens ostenderat Dominus, quam gloriose ipse populum suum, licet rege careret, posset salvare ; v. 18 « et ait ad filios Israel Haec dicit Dominus Deus Israel : Ego eduxi Israel de Aegypto, et erui vos de manu Aegyptiorum, et de manu omnium regum, qui affligebant vos ». Reges devictos recensem, populo regem exposcente (*Clair*). Formula Ego eduxi vos de Aegypto solemnis est Deo, quando agitur de eius auctoritate et praeceptis inculcandis, et sapientia iungitur formulis « ut essem vester Deus », « mei enim servi sunt », « ut haberet populum haereditarium » (cf. Deut. 4, 20, et supra v. 1). Habet eam formulam initio decalogi Ex. 20, 2 ; Deut. 5, 6 ; in promulgatione

gatione aliorum mandatorum Ex. 29, 46, Lev. 11, 45; 19, 36; 22, 32 sq.; 23, 38. 42; 26, 12 sq.; Num. 13, 41; in ultima oratione Ioseph 24, 6. 17; in oratione angeli Iud. 2, 1 et prophetae 6, 8 sqq. Porro factum eductio-  
nis ex Aegypto efferi consuevit, quando Deus de infidelitate populi con-  
queritur, uti h. I. et 8, 8. v. 19 « *Vos autem hodie proiecieatis Deum  
vestrum, qui solus* » — ita recte *Vulg.* vertit *Hebr.* *ipse* — « *salvat  
vos de universis malis et tribulationibus vestris, et dixistis: Nequaquam,  
sed regem constitue super nos.* » Pro *et nequaquam kethib habet ipsi*,  
et consonant accentus, vocem trahens ad priora. Sane phrasis eadem est  
cum altera 8, 19, et aliunde *et* *et* saepissime permutantur, ergo stan-  
dum lectioni versionum et ker. — Huc usque Samuel statum quaestio-  
nis egregie exposuerat; iam voce *Nunc ergo* proponit divinum decre-  
tum: *Habebitis, quod potis estis, et quidem in poemam stultae petitionis  
habebitis.* « *Nunc ergo state coram Domino per tribus vestras et per fa-  
milias.* » v. 20 « *Et applicui Samuel omnes tribus Israel, et cecidit sors  
tribus Beniamini,* » *Hebr.* *et deprehensa est tribus Beniamini.* v. 21 « *Et  
applicuit tribum Beniamini et cognationes eius, et cecidit cognatio Me-  
tri,* » — *Hebr.* *Iussit accedere tribum Beniamini secundum cognationes  
eius* — « *et pervenit usque ad Saul, filium Cis. Quaesierunt ergo  
eum, et non est inventus.* »

Modus electionis graphicè describitur. Ex Ios. 7, 14 novimus, singulas tribus fuisse divisas in cognationes (נָשָׁרֶב), cognationes in domos (בָּתָר), domus tandem individuis constabant; ex Iud. 6, 15; Num. 1, 16 novimus, nostrum ὅριον idem esse quod בְּנֵי שָׂבָח. Accedendum igitur erat coram Domino, ante illud sanctum altare 7, 9, cuius sacrificio placatus Dominus se regem et salvatorem contra Philisthaeos tam praecare exhiberat. Sortium usus non infreqvunt erat apud Indianaes ad divinum oracula obtinendum. Sorte caper emissarius eleghabat Lev. 16, 8; sorte terra sancta divisa est Num. 26, 35 sq.; 33, 34; sorte detectus est scelitus Achian Ios. 7, 14 sqq.; sorte Saul remm Jonatham demonstravit 1 Reg. 14, 38 sqq.; sorte ministeria templi divisa sunt 1 Par. 24, 3 sqq.; 26, 13 sqq., et habitacula post exilium 2 Esdr. 11, 1; sorte S. Matthias electus est apostolus Act. 1, 26. Ex 1 Reg. 14, 36 sqq. eluet, sortium oraculum non fuisse sicutum in consulendo Uriim et Thummim, quod putavit Munst. Accedebant igitur tribus, familiae, personae, et quidem plures simul, cf. 1 Reg. 14, 40, iaciebat calculus (לְבָבָךְ), quem tessera fuisse minime dubitandum est. Qui non deprehenderetur, ille exhibat 1 Reg. 14, 41. Si quis abasset, v. g. Saul, alias eius nomine prostat, dum mittentur sortes.

v. 22 « Et consuluerunt post haec Dominum, utrumnam venturus esset illuc. »